



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 21. Petrus Brossius ex beato miserrimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

est celeber, ut respondeat laudibus, quas Sæcul. XIII.
scriptores recentiores Rogerio tribue- A.C. 1278.
runt.

§. XXI.

*Petrus Broissius ex beato miseri-
mus.*

Petrus Benesius Episcopus Bajocassinus
se ad Papam contulerat, eo quod Pe-
trus Broissius patronus ejus in offensionem
Regis Gallorum incurrisset: id quod ex-
poni meretur. Petrus Broissius homo lo-
co humili natus, cum S. Ludovici chi- *Duchesne*
rurgum, deinde Philippi Audacis cubicu- *to. 3. p. 529.*
larem egisset famulum, tanta hunc apud
Principem gratia florebat, ut summos
Proceres benevolentiam suam aucupari
cerneret, ac Petrum Benesium uxoris
cognatum sua opera evasisse Bajocassi-
num Episcopum. Anno 1276 obierat
Ludovicus Regis Philippi e priore con-
juge Isabella Arragonia filius natu ma-
ximus: rumorque fuit, ei venenum esse
præbitum. Rex suspicabatur Petrum
Broissium fuisse authorem hujus rumoris
pessimi spectantis ad Ludovici mortem
Reginæ Mariæ Brabanticæ secundæ
conjugi suæ adscribendam. Et vero di-
cebatur idem alteris duobus e priore con-
nubio Regis filiis factura esse. Post
aliquod tempus Rex Broissii litteris ad se
perlati hominem includi carceri, de hinc

p. 532.

e. 536.

C 5

e com-

Sæcul. XIII. e communi patibulo Parisiensi suspendi
A.C. 1278. jussit; necis causa non divulgata. Id a-
Chr. Nang. etum est an. 1277. Ut primum Bajocas-
to. **ii. Spicil.** sinus Episcopus illum esse captum com-
p. 567. perit, egressus e regno ad aulam Roma-
nam se recepit: ubi sub Papæ præsidio
diu exulis instar mansit.

Rayn. n. 34. Rex per Equitem Templarium Ro-
mam missum a Papa petiit, ut Episcopus
tanquam calumniæ in Reginam sparsæ
particeps plecteretur: & interim tem-
poralia ejus bona occupare voluit. At-
tamen Eques Templarius ejus Legatus
coram Papa & Cardinalibus afferuit se
nolle Episcopi adversarium vel suo vel
Regis nomine agere. Ergo Papa Regi
scripsit, cum Petrus Benesius Episcopus
Bajocassinus nec publica laboraret infa-
mia, nec accusatus esset aut denunciatus,
jus non permettere, ut absque argu-
mento criminis puniretur, aut occupa-
rentur bona Ecclesiæ Benesio commis-
sæ, quæ vel si reus foret, ob ejus cul-
pam nullum subire dampnum deberet.
n. 36. Hortabatur postea Regem, ut silentio rem
premeret offensioni futuram, nec por-
ro infectaretur virum, eo quod Reginæ
fama omnino salva maneret. Hanc
quoque Principem per litteras monuit,
ut temperaret dolori suo, sperneretque
calumniam fundamento ac verisimilitu-
dine tam destitutam. Quas epistolas
dabat

dabat secundo ac tertio Decembris an. **Sæcul. XIII.**
1278. Brevi abhinc tempore Papa Ni- **A.C. 1278.**
colaus permiserat, ut Rex Philippus sine
anathematis subeundi periculo Clericos
grandium noxarum ignominia notatos
carceri mandaret, non vexandos suorum
opera, sed Præsulibus tradendos, ne spes
impunitatis ad graviora eos scelera il-
liceret.

n. 37.

§. XXII.

Græci Legati abeunt.

Papa Nicolaus hoc demum anno Le-
gatos remisit Græcos, qui anno prio-
re, cum sacra Sedes vacaret, advene-
rant, a Michaële Palæologo jussi non fo- **Sup. §. 9.**
lumi acceptæ reconciliationis notitiam **Pachym. l. 5.**
Papæ dare, verum etiam inquirere, quam **c. 26.**
agendi rationem teneret Rex Siciliæ Ca-
rolus; an calor ejus ac ferocia deferbus-
set. At comperiebant eum ardere ira-
cundia & instare Papæ, ut sibi per ipsum
liceat Constantinopolim invadere. Vi-
debant eundem quotidie Papæ supplicem
sceptrum manu gestatum de more Prin-
cipum Italiæ mordere præ furore ob-
neglectas ab illo preces suas, tametsi
suum jus & apparatus iter exponeret,
Papa e contrario memorabat, Græcos
tantum recepisse urbem olim sibi subdi-
tam; eandem jure belli possidere; deni-
que